GLOBVS CHARITATIS.

En novus orbE
Rex & AmatoR
Vngitur Divûm, dona Dona ductV
Iudicis Iuſti, capit Ille RegnI
Viribus Nexi, ſibi Nomen actV
Auget Antiquum, gerit Arma diA
Tutus his Nobis mala Nexa pelliT
Demit & illuD
Vis quod ab aſtV
Sparſerat ariS.
Turbata Regna ſtabanT
Et mota Sphæra cardinE
Regebat Incolas TimoR
Terror invaſit Proceres, ciebaT
Impius dum Mars fera bella GentI:
Vbiq; tunc ab omnibus ſolo diV
Semota pax deſiderabatur ViriS.
Rebus ſic actis Virtutis clarus AmatoR
Eligitur Procerum voto FERNANDVS ut illE
Xantho perſimilis facti ſit in ordine VindeX.
Rexq; ſit ut Regni, rabidi Mavortis & horroR.
Obſervat ergò vota REX hic ſedulO
Martis repellens ritè vim vi maximaM
Apparat, bellis agitata RegnA
Numinis cultu, Pietate culmeN
Obſignat Orbi callidO
Res inde recto vertituR
Vndiquè cursV
Mota per OrbeM.

GALEA